

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1457

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 31 / ARTEM 2674

**Auteur(s) :** Richard II, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s) :** Fécamp, La Trinité (abbaye)

**Genre d'acte :** diplôme

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1017-1025]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Richard II donne au monastère de Fécamp douze bonniers de terre et douze maisons dans Fécamp même, ainsi que l'église Saint-Étienne avec six bonniers et l'église Saint-Benoît ; à Eletot, l'église et douze bonniers de terre ; le domaine de Limpville avec l'église ; à Trémauville, l'église et une charruée de terre ; à Ganzeville, l'église ; à Manneville [-es-Plains] l'église, douze bonniers et un acre de terre ; à Dun, trois églises et quatorze bonniers de terre ; l'église de Barentin avec deux hôtes ; l'emplacement d'un moulin et l'eau entre le gourd de Pavilly et Fagum Comitissæ ; Les Campeaux avec la forêt entre la Carbonnière et Villers [-Ecalles].

## Tableau de la tradition

### Original

A. Collection Musée du Palais Benedictine, Fécamp, Inv. 4 (Engel 2bis).

### Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 31, p. 119-120.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir M. Fauroux, p. 119.

Texte établi d'après a

[QUONIAM VER] IDICA DIVINARUM SCRIPTURARUM ASSERTIONE priscorumque patrum monumentis expresse edocti, id certa ratione comperimus, quod quicumque omnipotentis Dei, premissis timore speque animatus perhennis vitæ, aliquod quantulumcumque munusculum sanctæ matri æcclesiæ ex propriis jureque acquisitis rebus contulerit, absque dubio in futuro ei recompensabitur superni bravii stema ; unde ego Richardus hujusce cespitis monarchus, ut credo summi Dei creberrimis cordetenus agitatus hujusmodi inspirationis spiculis, quendam locum qui dicitur Fiscamus dicatum in honore summi redemptoris, sacris ordinibus monachorum ex more mancipavi quo perpetualiter inibi laudetur nomen Domini. Ut autem devotionis nostræ inconvulsa permaneat ratio, decrevi locum illum ditari et augere. Ad augendam igitur vitam inibi Domino militantium concedo, in ipso loco Fiscamo.XII. bon. terre .XII. que domos, æcclesiam Beati Stephani cum bon. VI., æcclesiam Beati Benedicti cum terra quæ est inter duos fluvios et molendino uno, in Sclestetoth æcclesiam cum .XII. bon. terræ, Leopini villam totam cum æcclesia et quicquid ad eam pertinet, in Tormodi villa æcclesiam cum terra unius carrucæ, in Gansam villa

ecclesiam cum terra ad eam pertinente, ad Manonis villam æcclesiam cum .XII. bon. et acri terre, in villa quæ dicitur Dunus.III. æcclesias cum .XLIII. bon. terræ, æcclesiam villæ quæ dicitur Barentinus cum duobus hospitibus et aream molendini unam, aquamque villæ a gordo de Pauliaco usque ad Fagum Comitissæ, villam quoque quæ dicitur Campelli cum silva quæ est a Valle Carbonaria usque ad vallem Villaris, eo pacto ut hæc quæ prefata sunt inviolabiliter teneant inibi Deo militantes, absque ullius molestia et contradictione, sub manu nostræ firmitatis fideliumque nostrorumque astipulatione.

+ Signum Richardi comitis. + Signum Ricardi filii ejus. + Signum Rotberti filii ejus. + Signum Rotberti archiepiscopi. + Signum Hugonis Baiocensis episcopi + Signum Hugonis Ebroicensis episcopi. + Signum Mangisi Abrincensis episcopi. + Signum Nigelli vicecomitis. + Signum Torstingi vi[cecomi]tis.